



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

7. Quam Methodum Amplificandi Cicero præceptis consignarit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Septimum est *ὄμωρον*, ratio petita à legibus: Nam, ut viris fortibus, qui suis consilijs, & laboribus, patriæ libertatem asseruerint, præclarissimos honores decreuerit: Ita parricidas, qui matris iura violare ausi sunt, æternis supplicijs viuos, mortuosque mactarunt.

Octauum *ἰσχυρὸν*, Iustitiæ, & æquitatis lex postulat, ut peccatis, quantum omnes bonos machinantur improbi, in eorum caput refundatur.

Nonum *ἑμψίχρον*, vtilis erit rei publicæ animaduersione, si quidem tam funestis capitibus sublatis, cæteri qui etiores viuent.

Decimum est *ἰσχυρὸν*: facile est emergentem istam improbitatem in fomite præfocare, hanc adultis postea viribus corroboratam stirpitius euellere difficillimum erit.

Hæc ille non ignobilis sophista fermè percerfer, ex quibus amplificationes contexi possint, quæ etsi commode dicuntur, nondum tamen plenam, & ex omni parte cumulatam, habere videntur rationem amplificationis.

Quam Methodum amplificandi Cicero præceptis consignauit.

CAPVT VII.

Non dissimilia sunt à Græcorum Rhetorum inuentis, quæ Marcus Tullius libro secundo ad Herennium copiosius est persequutus.

Loci (inquit) communes ex decem præceptis commodissimè sumuntur, ad augendi criminis causâ.

Primus locus sumitur ab authoritate, cum commemoramus, quantæ curæ ea res fuerit Dijs immortalibus, aut maioribus nostris, Regibus, ciuitatibus, nationibus, hominibus sapientissimis, senatui: qui locus tractari poterit ad imitationem exordij pro Domo.

Cum multa diuinitus à maioribus nostris inuenta, atque instituta sint, tum nihil præclarius, quam quod, &c. Res igitur præclarissimè constituta proponetur, quam is, de quo queritur, conuellere conatus sit.

Quò vero maior erit testimoniorum, tum diuincrum, tum humanorum numerus, & grauior authoritas, eò illustrior confurget amplificatio.

Secundus locus est, cum consideramus; illæ res, de quibus criminamur, ad quos pertineant: utrum ad omnes, quod atrocißimum est, an ad superiores, quod genus ii sunt, à quibus authoritatis locus communis sumitur, an ad pares, hoc est, in eisdem partibus animi, corporis, fortunarum positos, an ad inferiores, qui omnibus his rebus antecellunt. Sic illa grauitas rei exaggeratur ab eodem auctore.

(Quod si villo tempore magna causa in Sacerdotum populi Romani iudicio, ac potestate versata est: hæc profectò tanta est, ut omnis rei publicæ dignitas, omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, Dijs penates, bona fortunæ, domicilia, vestræ sapientiæ, fidei, potestati que commissa, credita que esse videantur.

Tertius locus est, quo percunctamur, quid sit euenturum, si omnibus idem concedatur, & ea re neglecta, ostendemus, quid periculorum, aut incommodorum consequatur, ut.

(Si C. Verres, homo vita, atque factis, omnium iam opinione damnatus) absoluitur, totam iudiciorum rationem conuelli, &c.

Quartus locus est, quo demonstratur si huic sit remissum, multos alacriores ad maleficia futuros, quos adhuc expectatio iudicij remouetur.

Concinnè tractat hunc locum pro Flacco, n. s. Damnarus est is, qui Catilinam signa patriæ inferentem interemit: quid est causæ cur non is qui Catilinam ex vrbe repulit, peritescat? &c. vbi ostendit Flacco damnato acerrimos fore improborum in bonos impetus.

Quintus locus est, per quem ostendimus, si semel aliter iudicatum sit, nullam rem fore, quæ incommodo mederi, aut erratum iudicium corrigere possit. Quo loco nõ incommodum erit vti cæteratum rerum comparatione, ut ostendamus alias res posse, aut verustate sedari, aut consilio corrigi: huius rei, aut leniendæ, aut corrigendæ, nullam rem adiumento futuram.

Vt, (Quoniam in foueam incidit, obruat, si enim hinc emerferit, nullius supplicij crudelitas erit recusanda. Et, Hanc verò, quæ ad eorum liberos atque infatium puerorum incunabula pertinet, nisi hoc iudicio à vobis reijcitis, & aspernamini, videte per Deos immortales, quem in locum Remp. peruenturam puteris, &c.

Sextus locus est, cum ostendimus ex consulto factum, & dicimus voluntario facinori nullam esse excusationem, sed imprudentiæ iustam deprecationem paratam.

Vt, (Diadema ostendis, gemitus toto foro, unde diadema? non enim abiectum sustuleras, sed attuleras domo meditarum, & cogitarum scelus,) &c.

Philip. 11. 2.

Septimus locus est, quo ostendimus, eorum facinus, crudele, nefarium, tyrannicum esse: quod genus, iniuriæ mulierum, aut earum rerum aliquid, quarum rerum causa bella suscipiuntur, & cum hostibus de vita dimicatur. Talia sunt illa, (Ecce tibi geminum, in scelere par, inusitatum, inauditum, ferum, barbarum.)

Octavus locus est, quo ostendimus, non vulgare, sed singulare esse maleficium, spurcum, nefarium, inusitatum, quod maturius, & atrocius, vindicandum sit.

Vt, (Expectate facinus, quam vultis improbum, vincam tamen expectationem omnium.)

Nonus locus constat ex peccatorum comparatione, quasi cum dicemus maius esse maleficium stuprare ingenuam, quam sacrum lædere, quod propter egestatem alterum, alterum propter intemperantem superbiam fiat. Sic per comparationem augetur Antonij crudelitas. (L. Cinna crudelis, C. Marius in iracundia perseverans. L. Sylla vehemens: neque vilius horum in visciscendo acerbitas progressa ultra mortem est, ecce tibi, &c.)

Decimus locus est, per quem omnia, quæ in negotio gerendo acta sunt, quæque rem consequi solent, exponemus acriter, & criminose, & diligenter, vt agi res, & geri negotium videatur rerum consequentium enumeratione, & ita exaggeratur mors Trebonij, Philippica vnde decima.

Quod istæ præceptiones de amplificatione minus accuratè tradita videantur, & de Casij Longini sententia.

CAPVT VIII.

ET illæ quidem præceptiones, si prima fonte spectentur, locupletissimam habere videntur segetem amplificationis, non tamen vim eius omnem, rationemque comple-

ta sunt. Primum enim illi auctores, quasi iudicum subsellia, & latrones, & parricidas, aut huiusmodi crimina semper cogitent, nihil de cæterarum rerum amplificatione dixerunt. Deinde ipsam fermè amplificationis animam, quæ in grauibus figuris sententiæ consistit, omittit. Tertiò ita quoque locorum allata diuisio verbosior est, quam limatiore. Quid enim sibi volunt tertius locus, & quartus, nisi rem ostendunt amplificandam ab euentu quod cum vno argumento contineatur, parum commodè in duos locos discerpitur, atque diuisus est septimus quoque, & octavus locus omnino concurrunt, & verbis duntaxat discriminantur, quanquam etiam in vtroque dixit, crimen ostendi nefarium, quò sit, vt magis ταυτολογίαν faciat, quam noui aliquid in sinuet. Itaque (si hæc Ciceronis sunt) crediderim eum magis ex Græcorum commentarijs, quam ex suo ingenio, iudicioque scripsisse.

Acutiùs certè Dionysius Longinus cum de forma, & methodo amplificationis, in qua huius præceptionis ἀκμή, & vigor totus consistit, aliquid diceret, noluit rem certis definire limitibus, sed amplificationis formam dixit esse sexcentas, hoc est, prope innumerabiles. sic autem ille:

Ἄλλα ἑτέροις ἐπεισοχλήματα μεγέθη σιωπῆς ἐπισημαίνονται, καὶ ἐπιθεσόν, εἴτε διὰ τοπήγοριαν, εἴτε δένωτιν, ἢ πραγμάτων ἢ κατασκευῶν ἐπιρῶσιν, εἴτε ἐπικονομίαν ἐργῶν ἢ παθῶν. μὴ γὰρ ἴσται τῶν αὐτῶν γίνονται. Aliæ alijs, inquit, conglabata magnitudines continet gradatione quadam ingeruntur. Siue per locorum tractationem, siue per exaggerationem, siue per teratū, & probationem corroborationem, siue per dispensationem actionum, & affectuum; ad summum addit, infinita enim forma sunt amplificationum. Quæ sanè dum expenduntur, obscura sunt. Nam σιωπῆς quam affert, species est potius, quam modus amplificationis, & τοπήγορία in κατασκευῶν ἐπιρῶσιν facile incidit. Quid igitur ex ea diuisione colligemus? cum nec Longinus hanc certam esse voluerit, sed cum aliquas enumerasset amplificationis formas, statim subiecit esse sexcentas. do amplificationis in speētentur, sed tamē existimo totam amplificationis rationē ad duo capita posse referri, ad

Totus cationis in speētentur, sed tamē existimo totam amplificationis rationē ad duo capita posse referri, ad

D. d. locos